



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

445. Item de redemptione trium annorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Item de pretio unius anni.

**C C C C X L I I .** Primo anno quidam per miserunt triduanas quatuor, alij duodecim triduanas, id est, semel in mense uno. Quidam dixerunt triduanas agere in verberibus & viliis insistendo triduum.

De redemptione unius diei.

**C C C C X L I I I .** Pretium autem unius diei id est agapen duorum vel trium pauperum, sive unum denarium. Alij totum psalterium in æstate, in hyeme vero & in verno vel in autumno psalmos quinquaginta. Quidam judicaverunt duodecim plagas vel percussionses.

Item de redemptione unius diei.

**C C C C X L I V .** Qui itaque hoc quod in Pœnitentiale scriptum est implere potuerit, agat Deo gratias. Qui autem non potuerit adimplere, consilium damus per misericordiam Dei. In primis pro uno die in pane & aqua quinquaginta psalmos cantet genu flexo, australi in uno loco septuaginta decantet, aut unum denarium det, aut tres pauperes pascat. Quidam dicunt quinquaginta percussionses vel quinquaginta psalmos pro uno die in autumno, hyeme vel verno centum percussionses vel psalmos quinquaginta, in æstate psalterium unum vel percussionses centum.

Item de redemptione trium annorum.

Burchard. lib.  
19. c. 23.

**C C C C X L V .** Qui non potest sic agere

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 381  
pœnitentiam ut superiùs diximus , in primo  
anno eroget in eleemosyna solidos viginti sex,  
in secundo viginti , in tertio octodecim , hoc  
est , solidos sexaginta quatuor. Potentes ho-  
mines faciant pro culpis suis quod Zachæus  
fecit. Ait enim ad Dominum : *Domine , om-  
nium bonorum meorum dimidium do pauperibus ;*  
*& si aliquid injustè abstuli , in quadruplum re-  
stituo.* Et de mancipiis suis aliquos dimittant li-  
beros , & captivos redimant , & in se peccan-  
tibus ex corde dimittant. Et qui inlicita com-  
misit , etiam à lictis se abstineat , & corpus  
affligat jejuniis , vigiliis , & crebris orationi-  
bus. Caro enim læta nos ad culpam traxit , af-  
flicta reducit ad veniam.

Quomodo possum pœnitentiam septem an-  
norum pœnitere. *Ex dictis sancti  
Bonifacij Episcopi.*

CCCCXLVI. Triduana una pro trigin-  
ta diebus & cantatio psalmorum centum vi-  
ginti. Pro uno die psalmi quinquaginta , &  
quinque *Pater noster*. Pro tribus diebus psalte-  
rium unum , & quindecim *Pater noster*. Item  
pro uno die tribus vicibus *Beati immaculati*,  
& sex *Miserere mei Deus* , & septuaginta vi-  
ces prosternat se in terram , & per singulas *Pa-*  
*ter noster* dicat. Item si nescit psalmos , pro  
uno die prosternat se centum vicibus in ter-  
ram , & per singulas dicat *Miserere mei Deus*,  
& *Dimitte , Domine , peccata mea*. Cantatio  
uniuersi Missæ potest redimere duodecim dies.  
decem Missæ , quatuor menses. viginti Missæ ,  
novem menses. triginta Missæ , duodecim